

tionis fere cōplemētū cū ī ipō nōnullæ aīaliū ptes ptractēt. Scorsum autē hęc ptes ad motū utiles: ab aliis q̄ ī li-
bro de ptribus disptatæ sunt: ī uno quodā cōi traditæ. sunt libro: quoniā ea p se ī uno sermōe cōi ptractari postū-
lant: quæ ī uno et cōi cōueniūt genere. Huius ordinis testimononiū hinc potius accipimus: quoniā ī fine huius
libri nō mō ea q̄ de ptribus ad motū utilibus epilogādo colligit uerū cætera quoq; de ptribus ad librū de ptribus
spectātia ante eas q̄ ad motū utiles sūt resūpsit dicēs (Quæ qdē igit̄ de aliis ipsis ptribus: & eaq; q̄ circa pgressū
aīaliū & circa oēm scdm locū mutationē hūc habēt modū iis at̄ determinatis cōseqns est speculari de aīa.) Illud
enim (Quæqdem de aliis ipsis ptribus) epilogus est libri de partibus. residuū at̄ est epilogus huius nunc instātis
libelli ex qbus satis patet librū hunc de ptribus ad motū ad eū mox seq̄ librum qui de partibus dicitur. adhuc
autē de partibus ad motū: statim sequi eū qui est de aīa: q̄ est altera assentiæ aīalis pars: Quo circa sermo ille
quo in fine de partibus scriptū reperitur (Seq̄ ut de generatiōe aīaliū diseramus) uiciatus agnosciē mutata
dictiōe illa πρὸς τὸ πρῶτον. i. pgressū in illā γενέσεως. i. generatiōe ut uerus sermo fuerit (Seq̄ ut de pgressu aīaliū di-
seramus) De quoq; de errore. & erroris huius seu deceptiōis ac uicii cā: diffuse satis īferius disputabit̄. Huic autē li-
bro de ptribus ad motū nihil determinati rīdet ī historiis: sed pluriā de ptribus nūc ad gressū nunc ad uolatū nōnūq;
ad natationē reptationēq; utilibus ī historiis priū passim dēterminata sūt. de ordīe igit̄ eis libri q̄ d̄ pgressu seu pces-
su uel īcessu aīaliū īscribit̄ hactēus hęc dca sint ī quo māle p̄cipiū aīaliū exceptis ptribus ḡiatōi d̄ seruiētibus cō-
plemētū suscepit. post qd̄ forma ip̄a. i. aīa tāq; altera essētiæ ps merito succedere debet. Ordo libri de aīa. Ca. V.

Ltera igitur animalium essētiæ pars ultra materiam seu partes quæ ignobiliores sunt est aīa q̄ est pars
nobilior & aīaliū forma. huius. n. cognitio nobilissima ac utillima. nō tātū dixerō naturali sciētiæ. uerū
etiā ad cæteras sciētiās. est. n. aīaliū p̄cipiū. neq; res p̄ solam cognoscitur materiam. phisici. n. diffi-
nitio ea est potissima q̄ ex materia ac forma & eo unde p̄cipium motus conficitur. ut dicitur libro primo
de aīa. sic. n. scimus unūquodq; qd̄ est & p̄ qd̄ est cū materiā & rōnem hēmus: maxime autē cū ambo & unde
p̄cipiū motus & generatiōis & corruptiōis. uti dixit ī fine libr̄ meteororū. Quare ad aīaliū uerā cognitio-
nē nō solū ptes q̄ sunt materia: sed et̄ aīa q̄ est forma: & magis aīa q̄ ptes cognosci debēt: Vt in arte factis. si. n.
lectulus cognosci debeat: nō satis ē scire lignū qd̄ est eius materia nisi uirtutē illā quoq; qua tale qd̄ est lectulus
agnoscamus. a simili in natura. si hō uel hoīs ps sciri aut cognosci debeat: puta Caro aut sanguis: nō sufficit eius
scire materiā. s. elemēta uerū uī q̄ tale qd̄ ē cognoscere oportet. hoc at̄ ē ipsius forma & rō. sic d̄ cæteris fieri ope-
ret. nō igit̄ satis ē ptes p̄sciuisse corpis si aīal cognoscere curamus: nisi et̄ eius forma. s. aīa cognoscat̄. hōr fides
ab Aristotele ī p̄rio libro de ptribus sic accipit̄. (Quod hō cæteraq; aīalia mēbraq; eorū natura cōstēt dicēdū p̄fe-
cto de carne & osse de sanguine deniq; de oībus tā simili q̄ dissimili strue cōpactis. ut de facie d̄ māu de pede: q̄ qd̄q;
eorū tale sit: & q̄ ita cōstēt facultate iue uirtute. Nō. n. satis ē catēus tātū nosce qbus rebus cōpositū sit ut igne ter-
raue: sed p̄inde agēdū ut si d̄ lecto aut d̄ q uolubet alio generis eiusdē agere. formā. n. potiusq; materiā declarā-
tēptaremo) q̄buldā deniq; īterpositis reuēns cōcludit (Cū hęc inq; statui ita dūt hoīs naturæ studiosi sane īterest
de aīa & discere & scire) & paulopost (Nā ob eā et̄ rē q̄ de natura agit eo āplius docere d̄ aīa q̄ de mā debet. q̄
mā natura potius p̄ aīam q̄ e contra ē) Et hęc satis de necessitate traditiōis de aīa de q̄ ī uno agit̄ libro ī tria di-
uiso uolumīa. q̄ Incipit (Bonorū & honorabiliū noticiā opinātes &c.) Ordo at̄ eius ē quoniā ad librū d̄ ptribus ad
motū aīaliū utilibus īscriptum: nullo interposito consequitur. q̄ de p̄gressu et̄ aīaliū dicitur. Nam cum ī p̄rio
de ptribus dicat nō satis esse de lectulo scire materiā. si lectuli cognitio plena haberi debeat: sed fore necessariū
eius quoq; formā cognoscere: p̄ hoc nobis tacito indicat eloquio: q̄ ante formā ipsā materia p̄cognosci
debet. Hōr testimonniū ut diximus est epilogus in fine libri de ptribus ad motū utilibus positus: quo scriptū est
(Quæ igit̄ de cæteris ipsis ptribus q̄ circa p̄gressū aīaliū circa oēm scdm locū mutationē hūc hūt modū: iis de-
terminatis iis ē speculari de aīa.) Cognoscit̄ et̄ huius ordīs ueritas eo quo ī fine de cā motus aīaliū in cōi sic scri-
ptum est. περὶ μὲν οὖν τῶν μορίων ἕκαστον κῶν ἰδῶν: καὶ περὶ ψυχῆς. εἰ δὲ καὶ περὶ αἰσθησεως καὶ
μνήμης. καὶ ὑπνοῦ καὶ κοινοῦ κινήσεως εἰρηκόμεν. τὰς αἰτίαι: λόγων δὲ περὶ σενέσεως εἰπεῖν. Q̄ sic
īter p̄rat̄ (De ptribus qdē igit̄ uniuscuiusq; aīaliū & de aīa: Adhuc at̄ & de sēsu & mēoria & sōno & cū motu dixit̄
cās. Reliquū at̄ de ḡione dicit̄) In hoc. n. cōi ac ḡiali ad eēntiā & opatiōes p̄pinqs epilogo: post aīaliū ptes: cū p̄-
bus eas et̄ aphendēdo q̄ ad motū sunt utiles: mox collegit ipsam aīam. Hunc et̄ ordinē alexāder aphrodiseus ī li-
bro meteororū uti sup̄ius dixit̄ approbavit cū dixit post meteorologica seq̄ hbrū de ptribus aīaliū. Ipse et̄ suo
de aīa libro sic scripsit. (Quare si ea q̄ comedere & apte de aīe substātia p̄feruntur cōtraditiōibus īplicare nō uolu-
mus: primo loco ipse possidētis aīam corporis apparatus cōtēplādus ē: & internarū iuicē externarūq; priū cū ip-
so uenustatis & pulcritudinis cōcētū: lex & dispositio congrēda. Simul. n. hęc ip̄a speculati fuerimus: haud q̄q;
ulterius admirabile & nr̄i opiniōe maius eē uidebit̄ ut ī corpe supra q̄ op̄ari possumus mirabiliter atq; ambi-
tiose disposito aīam tot in se motionū p̄cipia possidēs contineat̄.) Ac si diceret si suba aīe & eius uires & opa-
tiōes at̄e corpus corpisq; ptes ptractēt: ī ambiguis iuoluemur difficultatibus minime credēdo q̄ de aīa ptracta-
bunt̄: credētes quæ sunt de aīa supra nr̄am opiniōē existere sed si corpus corpisq; ptes tā īferiōs q̄ exteriores
eorūq; cōcētū (qd̄ ī libris de ptribus sit) p̄siuerimus: nihil qd̄ postea tractabit̄ d̄ aīa mirabile uidebit̄: neq; sup̄ uirs
nr̄as: sed corpis uenustati & priū cōcētui potius cōuenire: Hūc et̄ ordinē pachieris græcus sūmas Aristo. librorū
scribēs diligēter obseruauit: post ptes. n. aīaliū: de ptribus ad motū utilibus scripsit. Post has uero d̄ aīa ip̄a. Aueroys
etiā in paphrasi uel sūma dicit̄ libri meteororū dixit̄.) Nā liber in quo loq̄ de mēbris aīaliū & eorū utilitati-
bus p̄cedit librū de aīa) Errauerūt igit̄ q̄ librū de aīa: cæteris q̄ ī tota methodo de aīalibus tradita sūt: īscie p̄po-
suere: sed d̄ hoc planius īfra. Huic at̄ li. de aīa nihil determinati rīdet ī historiis: sed cognitio q̄ ē & p̄ qd̄ de ipsa
aīa: ī eodē tradit̄ li. aut forte illd̄ pagē qd̄ de sēlibo ī historiis docet Cū. n. aīa p̄cipiū eēt nō aīaliū solū sed & uiuē-
tū oīum: satis fuit artifici īgēioso de aīalibus agēti semel aīaliū limites exir̄. Cū. n. post aīaliū ptes expeditas q̄ sūt

LIBER PRIMVS

eorum materia: de anima animalium forma mox agere cogere: septa autem est animalium doctrina si de sola animalium anima praestaret: Iccirco post praedictas necessarium fuit simul cum anima quae est animalium forma: uegetabilium quoque potestas simul per tractare. & sic animalium limites parum exire. uegetatiua. n. animalium & plantarum eandem habent naturam & proprietates oppositasque coes: sic est sensitua brutorum cum sensitua hominis in eisdem fere conueniunt naturis ac proprietatibus: quae per utrumque in eodem loco tractari licuit: aliter earum altera superflua fuisset tractatio. & inutilis repetitio. Rationabiliter itaque licuit Aristoteli de animalibus agenti: & de animalium anima docenti: parumper & semel animalium limites pertransire & uegetabilium terminos attingere: dum de theoria causarum scrutaretur. Vanum igitur ac superfluum fuisset: si dum historias tractaret pari quoque modo animalium limites de uegetabilium simul & animalium anima idem superflue tractasset. Tanto magis cum ea quae de anima docentur: non plurimo sed paucio comprehensa sunt numero: & quae talia sint omnibus fere notum est. Quisque. n. cognoscit uegetabilia & animalia nutriti: augeri: ac generari: quilibet agnoscit quod animal uidet: quod audit: quod gustet: quod odoret: quod tangat: sensorumque imaginatioes habeat. Quare historia in iis a contemplatione causarum separati minime tractari debuit: & si facta fuisset superuacanea foret. At si de uita uitaeque cognatis quae uiuentibus omnibus sicut anima communia sunt bis in plantarum & animalium doctrina praestatur sit. s. in historiis & in causarum contemplatione. non pro hoc ad aliena de iis inutiliter transgressus est. de illis. n. in causarum reditione: & in historiis animalium prout animalibus insunt tractatum est. prout autem uegetabilium passiones sunt: cum rationes ab animalibus & causas in multis alienas habeant: alioque erat ratio: alibi tradenda. ut inquit Aristoteles in fine de causis longitudinis ac breuitatis uitae. ubi cum de eis prout animalibus spectat tractauerat: de eisdem se denuo prout uegetabilibus attinent praestatur pollicetur: secus autem ab iis est traditio de anima quoniae ea quae de uegetatiua animalium tractantur: eadem & eisdem rationibus de uegetabilium anima disputari debet. Et haec satis sint de necessitate ac ordine libri de anima: in quo totus completur ordo librorum: qui de animalium substantia siue essentia agunt: nunc ad ulteriora procedendum est.

Quod necesse fuerit tractasse de quibusdam operationibus: & quae prius ante generationem. & quae posterius post animalium generationem tractari debuerant.

Caput. VI.

Expedita animalium essentia: nunc ipsarum operationum ordo dicendus est. Operationes aliae sunt singulis animalibus propriae: de quibus in illis libris diffiniri debet: in quibus singulorum animalium docentur naturae. uel naturae illae partes eorum sunt animalium & de iis in libris de partibus: uel generationes & de iis in libris de generatione animalium. aliae sunt pluribus coes: & haec duplices. aliae. n. solis conueniunt animalibus. haec autem sunt. sensus: memoria: somnus & uigilia motus. Aliae uiuentibus omnibus: haec autem sunt. uitae longitudo & breuitas. iuuentus & senectus: mors & uita langor & sanitas: de unaquaque harum cum pluribus communes sunt: in singulis libris agendum est: ne idem inutiliter repeti contingat. Caeterum cum istae operationes secundum peripatheticos totius sint coniuncti: non autem solius animae nec solius corporis: ut in libro de anima demonstrat: & in principio libri de sensu & sensibili. Iccirco doctrinam animae & corporis seu partium sequi debet. Doceri. n. debet uti diximus unaquaque seorsum in singulis libris: siue earum naturae numero solo differant. siue specie. ne forte idem contingat inutiliter reiterari: uti in primo de partibus ostensum est: sub iis uerbis (Sunt. n. complura quae eadem in multis generibus diuersis inter se sunt Somnus. spiratio. auctio. Diminutio mors: ad haec reliqui id genus affectus & dispositiones: nihil. n. adhuc certi explorati: hatur quod de iis dicere possumus uidelicet an generaliter de unaquaque in singulis locis an singulari in unoquoque: tractari debeant & post pauca (Sed cum singulari agimus: eadem saepe de multis referre necesse est) Ut igitur ab hac inutili cauere possimus repetitione: precepit arist. ut de singulis iis singula cois tamen fiat contemplatio. Hae autem ordo est quoniae haec operationes animalium propinquae eum quae est de anima librum mox consequuntur: coes autem omnibus uiuentibus tractari debet interposita animalium generatione: iis uerba libri de sensu & sensibili testimonium sunt quibus in principio sic scriptum reperitur (Quoniae autem de anima secundum ipsam determinatum est prius: & de uirtute quilibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus & uitam habentibus omnibus: quae sunt propriae & quae coes operationes ipsorum). i. post speculationem de anima secundum se: & de unaquaque potentia ex parte ipsius animae: iam iam considerare oportet: quae nam de ipsis animalibus & coiter uitam habentibus sint operationes propriae: & quae coes per proprias intelligendo eas quae solis conueniunt animalibus. non autem uni soli speciei sed pluribus: quae sunt sensus memoria Somnus & motus: ab appetitu pueniens. per coes uero eas quae non solum animalibus Sed omnibus uitam habentibus conueniunt: ut uita cum morte & sibi cognata. s. iuuentus & senectus. langor & sanitas: Recte posita est illa pericula (de animalibus) per hanc. n. nobis insinuat id quod de proximo probaturus erat. & libro de anima iam probauerat: uidelicet quod propriae operationes: non solius animae non solius sunt corporis. Sed potius totius coniuncti sunt passionibus. Sunt autem de his aliquid solis conuenientes animalibus. s. sensus memoria somnus motus inspiratio: per quos dixit (de animalibus) cum solis istae animalibus conueniant. Sunt & aliae uiuentibus omnibus coes. s. mors. uita. iuuentus senectus. langor sanitas: quae occasione dixit (& uitam habentibus omnibus) De primis autem quaedam sunt quae paucis uel saltem non omnibus conueniunt. sicuti est inspiratio. licet solis animalibus conueniant. Corrigat autem uerba sua nicoletus de thietis quae de librorum physicae doctrinae scribens ordine falso credidit: uerba illa (de animalibus & uitam habentibus omnibus) Aristotelem uoluisse librum de plantis: & librum ex tribus confectum: quem comuniter uocant de animalibus: credens hunc fuisse aristotelis sensum. quod post librum de anima interpositis operationibus: sequatur liber animalium & plantarum. non enim hae uerborum neque aristotelis talis fuit sententia. sensit enim aristoteles quod post tractationem de anima consequens est facere considerationem quae sint propriae & quae coes operationes eorum animalium & uitam habentium omnium ac si diceret ex quo de toto negotio animalium & uegetabilium iam expedita est doctrina de anima ultra partes ipsas: nunc de ipsis animalibus & uitam habentibus omnibus: decenti ordine facere debemus considerationem: quae eorum sunt propriae quae coes operationes. ex iis igitur palam factum est quod propriae animalium operationes singulis animalibus attributae in suis locis singulariter partim tractatae & partim tractatae sunt. s. in libris de partibus & libris de animalium generatione. Communes autem: uel solis animalibus sint conuenientes: quae animalium propriae et dicuntur: uel omnibus et uiuentibus sint coes: cois quadam contemplatione in singulis libris tractatae sunt & hae doctrina ad librum de anima sequi debet. Ad haec